Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



67

frater eius walchym de mathlande. henricus de si
mamigen. rudolphus de zectae. His itaq; gestis
in talem sententiam predicti pontifices assurgut
possessiones huic tradite ecclesie aplico priuilegio
communite sunt. Omnis enim nostor apostolicis
omnem inuasorem et raptorem huius substancie ana
themate damnauit. Vos quoq; pauperes christi regu
lam sancti augustini absq; proprietate sequentes. qui
etos ad dei laudes esse uolumus. et ideo omni apo
stolica sententiam sectantes. et quod cepit perficen
tes. omnem inuasorem et raptorem a domo dei que
est ecclesia eius pretio anathemate separamus.
qui de vita eor temere quicquam vel mutare.
aut substancias eor inuadere vel diripere psumpserit.
a die qua ordo illoz in generali smodo aplico primi
legio munitus. et possessio auctoritate summi pon
tifics est defensata. ad confirmationem omnium
que vel dicta vel gesta sunt in hoc solemni negocio.
hanc cartam pro placuit insigniri sigillo. anno
ab incarnatione domini nostri ihesu christi m.cccc.xxxvj.
indictione xv. tercia. kls octobris. in christo feliciter
actu sunt. Per que omnia satis euidenter apparet
deum altissimum magnam gloriam cum illo fe
cisse vt sic merito inter sanctos et electos dei deberat
annumerari ac publice venerari. ¶ Sextum
Circa sextum uidelicet circa concursum omnium
requisitor dico sm communiter tam theologos
quam canonistas illum posse ac debere canoni
zari. qui in singulis virtutibus excellit seu
excellenciam habet. considerato tm illius qualitate
necnon statu et gradu. Excellere autem dicendus
est princeps magnus qui in magna pecandi licencia
non peccauit. sicuti pius noster marchio leopoldus.
Simile adducunt doctores de claustrali religioso qui
non potest in elemosinis et aliis actibus caritatis
seu misericordie libere se et vniuersaliter exercere.
et idem de heremitis qui nullam molestiam malor
hominum passi sunt. nam licet in actibus huiusmoi